Parantes vero vela ceperunt naute navigare Constantinopolini. Cumque per aliquot dies mare fuissent ingressi, orta subita tempestate valida in mari ceperunt naute periclitari et sua queque singuli in mare proicere. Cumque predictus monachus suum eicere saccum vellet, in quo erat ycona, dixit ad eum angelus: *Vide, ne proicias yconam, sed leva eam in manibus ad Deum.*

Mox itaque cessante tempestate in mari fit tranquillitas. Ignorantes, quo pergerent, volentes nolentesque retro redierunt ad Accon civitatem, unde navigaverunt. Tunc monachus, que circa se gesta fuerant, videns et Dei voluntatem intelligens suisque promissis volens satisfacere, venit ad sanctimonialem, secum deferens yconam.

Que devota suscepit eum; utpote religiosum. Ignotus tamen ei fuerat propter frequentiam hospitem, quia promissam yconam non requirebat ab eo. Cum ergo monachus a se requiri non videret yconam, sanctimoniali non reddere, sed secum intra se deferre cogitavit. Vale facto adinvicem intravit in oratorium, ut oraret et postea ad sua remearet.

Facta oratione cum egredi vellet, non inveniebat, qua ab oratorio exire potuisset. Ponens ergo yconam, quam ferebat, et hostium videns oratorii apertum, iterum exire volebat. Et item assumpta ycona nec hostium, nec quo regrederetur videbat; et ita per totam diem, cum yconam deponeret, vidit, sumpta vero ycona cum egredi vellet, non valebat.

Monachus vero, iusticiam divine voluntatis intelligens, yconam ponens in oratorio, ad sanctimonialem revertitur, et ei omnia, que facta fuerant dispositione divina, in rei veritate per ordinem narravit. Dixit ergo etiam, quia divine voluntatis fuerat, ut ibi ycona remaneret et a fidelibus veneraretur debito honore. Accepit

Seite 16

ergo sanctimonialis yconam, et cepit laudare et benedicere Deum et gloriosam virginem Mariam de omnibus, que facta fuerant.

Monachus vero in eodem loco servire Deo proposuit per residuum tempus vite sue propter virtutem, quam Deum fecisse noverat per ymaginem sue sancte genitricis. Cum autem in magna reverencia haberetur ycona, cepit ipsa desudare et liquorem quendam emittere. Sanctimonialis vero liquorem sub-

sindone munda detergebat.

Fuit namque tante virtutis manans ab ymagine liquor, ut infirmitatibus suppositus expelleret languores. Quam virtutem adhuc habere dinoscitur. Cepit ergo iam valde honorari, quia plurimi variis languoribus infirmantibus laborantes illuc veniebant et sanabantur.

Sanctimonialis vero preparans venerabilem locum, ubi yconam reponeret, rogavit quendam presbiterum honestate morum predictum tam quam digniorem, ut eam assumeret et in preparato loco reponeret.

Et induens se sacerdos sacris vestibus, ad yconam accessit; et cum ymaginem tangeret; arefacte sunt manus eius, et toto corpore infirmatus post triduum migravit a seculo. Postea vero nullus eam presumebat tangere vel movere. Sanctimonialis vero subter yconam vas preparavit, in quo liquor manans ab ymagine recipitur.

Cepit autem Dei genitricis ymago carnis mammillas paulatim emittere, carne vestiri. Nam ymago eadem, ut a fratribus testantibus, qui viderunt, scilicet a fratre Thoma, qui eciam eam digito palpavit, et ab aliis quam pluribus, qui eam viderunt, didicimus, a mammillis deorsum carne videtur induta. De qua carnis liquor emanat. Quem liquorem ibidem fratres templi ad domos suas deferunt, gracia orationum illuc venientes, quando cum paganis treugas habent.

Contigit autem, quod quidam Soldanus Damascenorum, qui monoculus fuerat, oculo, cum quo videbat. infirmabatur, et amittens visum factus est cecus.

Seite 17

Audiens autem de ymagine Dei genitricis, quanta Deus pro ea operaretur miracula, venit, ubi venerabatur ycona, et intravit in oratorium, fidem habens in Domino, quamvis paganus esset, ut per ymaginem sue genitricis ei sanitatem reddere potuisset, et proiecit se in terram et oravit.

Surgens autem ab oratione atque suspiciens, vidit ignem ardentem in lampade, que ante ymaginem posita erat. Deinde cetera omnia videns, glorificavit Deum ipse et omnes, qui aderant.

Et quia primum viderat ignem ardentem in lampade, vovit Domino, quod annuatim redderet in redditibus ad luminaria eiusdem basilice LX metretas olei, quales usque ad tempus Coradini,¹⁰⁸ Damascene civitatis Soldani, ecclesie illius habuerunt servitores. Habitant in eadem ecclesia sanctimoniales.

¹⁰⁸ LAURENT #183: Malek el-Moattan, seit 1200 Sultan von Damaskus, bei den Christen hieß er Coradinus.

Sunt etiam monachi Greci, in quadam parte divinum agentes ministerium; dignitas tamen et magistratus est sanctimonialium pro reverencia supradicte monialis, que locum illum primum inhabitavit et in honore sancte Dei genitricis Marie ecclesiam fabricavit.

Anno MCCIV ab incarnatione Domini, feria tertia ante Pascha, contigit in carcere militum in fovea Soldani de Damasco, ut quidam miles extraheret phialam unam de oleo sancte Marie de Sardanaia armiolo, in quo

Seite 18

reposerat, ad videndum, et vidit, quod oleum esset incarnatum, sed in duas partes divisum, ita quod una pars olei in inferiore parte phiale, et altera in superiore.

Et accipiens cultellum, cum acumine cultelli voluit coniungere superiorem partem inferiori; et ut acie cultelli tetigit oleum, quod in superiori parte phiale pendebat, statim inde gutte sanguinee effluerunt coram capellanis et militibus, qui aderant, et ceteris captivis universis.

Sunt alia plura miracula, que per ymaginem sue sancte genitricis Marie operatur omnipotens Deus, cui honor et gloria et potestas et imperium per infinita secula seculorum. Amen.

VI. Sciendum autem, quod in oppido hoc, ubi habetur ycona domine nostre, Sarracenus stacionarius esse, vel pernoctare non presumit, quia, cum terra fuit perdita, Sarraceni decreverunt illum occupare et munire, sed ad annum ibi vivere non potuerunt.

Est autem in illo loco episcopus et abbatissa et sanctimoniales. Pro reverencia beate virginis principatus loci illius cedit abbatisse.¹⁰⁹

Hoc id loco accidit tale miraculum tunc in continenti in festo domine nostre. Nota. Cum multitudo copiosa ad iam dictum locum gracia olei et orationum confluisset, et singuli iam oleum in vasculis suis recepissent, accidit, ut quedam matrona vasculum, in quo reponeret oleum, non haberet.

Unde planctu maximo et eiulatu totam replenit ecclesiam, quod pro carencia vasis re preciosa caruisse debuisset. Mater ergo misericordie, miserans lamentantem, non propter meritum, (quia Sarracena fuit) sed propter affectus multitudinem et credulitatem salutis de ipso oleo provenientis matronam desiderio suo non fraudavit, sed ampullam oleo plenam in manu eius miraculose invenit.

¹⁰⁹ Inhaltliche Wiederholung des viertletzten Absatzes im vorigen Kapitel – dies unterstreicht die Deutung des Vorhergehenden als Einschub aus anderer Quelle.

Notandum eciam, quod in loco illo vinum satis habundat. Querunt eciam Sarraceni occasionem veniendi illuc, ut ibi bibant vinum occulte, quia

Seite 19

eis vinum bibere iuxta ritum suum non licebat. Cum vero inebriati fuerint, recedunt in continenti. Notandum eciam, quod omnes porte Damasci sub arta custodia servantur, ne aliquis inducat vinum.

Item in confinio huius provincie est Chaldea¹¹⁰ et Mesopotamia. Non longe autem a loco illo fluit Eufrates, qui apud illos vocatur, purus et frigidus. Qui transit Babilonem desertam. Unde propheta: *Cecidit Babilon, magna mater fornicationum*¹¹¹ et cetera. Ubi regnabat Nabugodonosor. Ubi turris Babel. Ibi eciam est mauseolum Danielis prophete, mirabili structura et artificiose preparatum.¹¹²

VII. Est eciam ab illo loco versus orientem in confinio Chaldee, Ydumee et Persye civitas magna et munita, nomine Baydach,¹¹³ metropolis. Ubi est papa Sarracenorum, nomen habens Galiphel,¹¹⁴ predives et prepotens, et condit Sarracenis leges, et sub pena, sicut noster papa, precipit ab omnibus firmiter observari.

Hic numquam egreditur de die, sed de nocte quando placet. Si autem quisquam eum viderit nocte euntem et nominaverit vel prodiderit, peccat mortaliter quoad eos.¹¹⁵ Die vero, cum residet in solio suo, si qui veniunt videre eum, querunt venias coram eo, et eundo super genua sua accedunt ad ipsum, deosculantes genua sua. Si tamen nobiles fuerint, non genua sua, sed scapulas suas deosculantur.

Habet autem papa iste in domibus et in thalamis suis plurimas virgines, quibus commiscetur ubi vult. Si quis autem nobilis unam suarum corruptarum potuerit ducere, videtur ei reginam celi, Dianam vel Venerem accepisse. Vie huius pape longe sunt a viis nostri pape, et longe faciat Dominus, immo nullas, et papatum eius brevem faciat super terram.

Seite 20

Est eciam prope Damascum quedam magna terra, cuius medietas est pape

¹¹⁰ Siehe „Geographische Angaben“.

¹¹¹ LAURENT #204: Apocal. XIV 8s. et XVII 5.

¹¹² Dieser Absatz wie auch das folgende Kapitel XII. stammen mit hoher Wahrscheinlichkeit aus fremden Informationen; eine unmittelbare Vorlage war in den Vergleichswerken nicht zu finden.

¹¹³ Bagdad, siehe „Geographische Angaben“.

¹¹⁴ LAURENT #207: Verballhornung von Kalif.

¹¹⁵ Wohl in Anlehnung an die sagenhaften nächtlichen Exkursionen des Kalifen Harun Ar-Raschid.

Sarracenorum, altera medietas est Soldani de Damasco. In haec terra crescit lana, que dicitur *coctum* Gallice,¹¹⁶ *bombacium* Latine.¹¹⁷ Que colligitur de arbustis parvis. Transit is autem locis memoratis et visa ycona Domine nostre reversus sum Accon.

VIII. Desiderio autem desiderans¹¹⁸ desiderantissime corpus beate Katerine,¹¹⁹ sacro sudans oleo, visitare, eoque ardentius, quo id in animo meo proposueram diuturnius, totum me, corpus et animam, gratie Dei et beate Katerine submisi auxilio, quelibet pericula et casuales eventus non abhorrens. Tanto desiderio inflammatus, (vitam enim et mortem vel captivitatem perpetuam alee fortune vel fluctibus exponebam) Accon igitur iter arripiens, habitu tamquam Georgianus monachus et longa barba¹²⁰ simulavi quod non eram, et ivi super ripam maris ad tria miliaria versus Carmelum¹²¹ unde propheta: *Decor Carmeli et Saron.*¹²² Distat autem Carmelus ab Accon ad tria miliaria versus meridiem. Saron similiter distat ab Accon ad tria miliaria versus septentrionem.¹²³

Seite 21

In pede montis Carmeli sita est quedam civitas, que vocatur Cayphas nunc a Sarracenis destructa.¹²⁴ Que et Porfiria dicta fuit. Quam pertransivi. Notandum eciam, quod iuxta Ptolomaidam urbem est fluvius, quem vocant Beleum.¹²⁵ Cui prope est sepulchrum Memnonis, adnumeratione dignissimum. Fons autem istius fluvii vallem habet rotundam, vitream emittens harenam. Quam cum homines exhauserint, locus idem rursus inpletur et statim vitrum efficitur. Quecumque autem pars harene, que modo fuit vitrum, super margines loci illius fuerit iactata, in communem harenam denuo mutatur.¹²⁶

¹¹⁶ Baumwolle (cotton).

¹¹⁷ Möglicherweise falsche Gleichsetzung, *bombyx* ist nämlich Seide.

¹¹⁸ LAURENT #217: Vgl. Luc. XXII 15: *Desiderio desideravi*.

¹¹⁹ Zum Kult der heiligen Katharina von Alexandrien: PETER SCHILL, Ikonographie und Kult der hl. Katherina von Alexandrien im Mittelalter, Diss. München 2005, S. 11–82 (edoc.ub.uni-muenchen.de/4091/1/Schill_Peter.pdf).

¹²⁰ Die einzelnen christlichen Gruppierungen beschreibt Thietmar in Kapitel XXVIII. Dort auch weitere Anmerkungen.

¹²¹ Siehe „Geographische Angaben“.

¹²² LAURENT #223: Jesaias XXXV, 2.

¹²³ In der angegebenen Richtung und Entfernung befindet sich keine nennenswerte Stadt. Möglicherweise handelt es sich um die Verwechslung einer Landschaftsbezeichnung mit einem Ort; die einzig passende Bezeichnung in diesem Raum ist die Saron-/Scharon-Ebene, sie liegt jedoch südlich des Berges Karmel. Siehe auch „Geographische Angaben“.

¹²⁴ Siehe „Geographische Angaben“.

¹²⁵ Siehe „Geographische Angaben“.

¹²⁶ Eine sehr ähnliche Beschreibung dieser Quelle findet sich bei FULCHER VON CHARTRES Buch II, Kapitel LII (SANDOLI I 3).

Super hanc civitatem, scilicet Caypham, in proclivo montis Carmeli est spelunca Helye et Elizei prophetarum. Ibi est quedam capella constructa.

In vertice montis Carmeli est quoddam cenobium, ubi adhuc cohabitant cenobite Greci et Suriani.¹²⁷

In monte isto multa fecit Helyas. Oravit enim, ut non plueret super terram, et non plueret annos tres et menses sex; et rursum oravit, et celum dedit pluviam.¹²⁸

Hic eciam occidit prophetas Baal.¹²⁹ Postea fugiens Iezabel reginam¹³⁰ venit in desertum. Ubi obdormivit sub umbra iuniperi. Ubi exitatus ab angelo sumpsit cibum, et in fortitudine cibi illius ivit quadraginta dies usque ad montem Dei Oreb, qui est Synai.¹³¹

In fine montis Carmeli est civitas Iezrahel,¹³² ubi Iezabel, impiissima regina, quae abstulit vineam Naboth,¹³³ de solio suo precipitata est. Ubi adhuc existit piramis eius.

Item iuxta Iezrahel sunt *campi Macedonum*,¹³⁴ in quibus occubuit rex Ozias,¹³⁵ qui in monte Syon sepultus est.

Seite 22

Mons Carmelus in diversa montana est divisus, et extenditur versus meridiem super mare fere ad duas dietas, in latum ad unam dietam. Mons eciam pascuus est et herbosus, perutilis pecori et visu delectabilis.

Leones et leopardi, ursi, cervi, damme, apri silvestres et animal sevissimum, quod incole appellant lonzam,¹³⁶ quod eciam formidabile est leoni, papiones, quos appellant canes silvestres,¹³⁷ lupi ad modum vulpium magni, et caprioli

¹²⁷ LAURENT #232: Namensgeber für den Orden der Karmeliter. Wikipedia: Auf dem Berg Karmel befinden sich zwei Klöster dieses Ordens, eines unmittelbar oberhalb von Haifa. Nach BENJAMIN VON TUDELA S. 38, war dort eine Kirche des hl. Elias.

¹²⁸ LAURENT #233: siehe Reg. III c. 17 v. 1, c. 18 v. 1 et 45; Ep. Jacobi 5 17.

¹²⁹ LAURENT #234: Reg. III c. 18 v. 40.

¹³⁰ LAURENT #235: Reg. III c. 19 v. 4.

¹³¹ LAURENT #236: Reg. III c. 19 v. 5–8.

¹³² LAURENT #237: *nunc Zer'in*. Hg.: Nicht genau zu verorten. Im Ritterschen Atlas von Palästina von 1850 befindet sich ein Ort Zer'in mit dem Zusatz „Jezreel“ zwischen dem kleinen Hermon und den südostwärtigen Ausläufern des Karmel-Gebirges, ziemlich genau auf der Wasserscheide zwischen Mittelmeer und Jordan.

¹³³ LAURENT #238: Reg. IV c. 21 v. 1–14.

¹³⁴ LAURENT #241: Reg. IV c. 23 v. 30.

¹³⁵ LAURENT #242: Josia.

¹³⁶ LAURENT #247: Möglicherweise Hyäne oder Panther.

¹³⁷ Wiki: Paviane (Gattung Pavio): Das nördlichste Vorkommen von Pavianen ist in Ägypten. Hg.: Nach der Form des Kopfes auch Hundsaffen genannt. Entweder ist hier Thietmar einer Fehlinformation aufgesessen oder das Verbreitungsgebiet dieser Tiere war damals tatsächlich größer.

infiniti, nostris minores, habentes caudas longas, hic habundant.¹³⁸

Ad montem istum sive montana, quando sunt treuge, Christiani, templarii et Hospitalarii domus Alamannorum, annuatim mense Februario cum equis et mulis solent convenire et expandere tentoria sua in pratis et vivere in multa delectatione et iocunditate, et equos suos graminibus plurimum inpinguare. Et vocatur festum istud *haraz* apud eos.¹³⁹

Solent eciam Sarraceni Boidevini ad locum illum illo tempore treugis interpositis accedere et alterutrum milicia exercere. Mirabiliter enim et artificiose sciunt equitare Boidevini. Erigunt autem circulum ad modum pugni in hasta quadam, quem impetu

Seite 23

cursus sui nituntur hasta transire. Quodsi aliquis fefellerit et circulum hasta non transierit, ludibrio habitus ab omnibus, a magistro militum Boidevino-
rum pugno feritur in vituperium. Ubi milites Christiani Boidevinos iuxta curialitatem seculi¹⁴⁰ solent honorare, ipsis eciam xenia sua conferentes.

Notandum eciam, quod est alius mons Carmelus in deserto Cades, ubi David latitavit, quando fugit a facie Saul. Ubi iuravit occidere virum stultum Nabal, quando denegavit ei prandium.¹⁴¹ Ex huius autem montis equivocacione multi ducuntur in errorem.

Item a monte Carmelo perveni Cesaream.¹⁴² Et transivi per fluvium, qui fluit de Carmelo, in quo multi sunt cocodrilli.¹⁴³ Ista Cesarea est Palestina, que quondam dicta est Dor,¹⁴⁴ et non Philippi, de qua supra dictum est.

Hic quondam fuit turris Stratonis.¹⁴⁵ Hanc civitatem ad honorem Augusti Cesaris Herodes, rex Judee, Cesaream appellavit. Ubi incipit regio Palestina.

¹³⁸ HOLGER PREISLER (Übersetzer und Hg.), *Die Erlebnisse des syrischen Ritters Usāma bin Munquid*, 1985. Usāma erwähnt in seinem Werk für das Gebiet vom Libanon bis nach Ägypten folgende jagdbare Wildtiere: Löwe, Leopard, Gepard (auch als abgerichtetes Jagdtier), Hyäne, Wolf, Luchs, Fuchs, Schakal, Wildesel, Wildschwein, Reh, Bergziege, Gazelle, Hase, Trappe und andere Vögel.

¹³⁹ Haracium = Gestüt (aus dem Arabischen).

¹⁴⁰ LAURENT #263 und 264: Nach höfischer Art.

¹⁴¹ LAURENT #267: Regum I. XXV 2ff.

¹⁴² Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁴³ Wiki Krokodile: Das derzeitig nördlichstes Vorkommen von Krokodilen in der Alten Welt ist der Nil oberhalb von Assuan. Hg.: Entweder ist hier Thietmar einer Fehlinformation aufgegessen oder das Verbreitungsgebiet dieser Tiere war damals tatsächlich größer. Für letztere Möglichkeit spricht, dass FULCHER VON CHARTRES in Buch II, Kap. XLIX (SANDOLI I 3) für dort ebenfalls Krokodile erwähnt, die vom Nil dorthin gebracht worden seien. Ähnlich, aber mit zusätzlichen Details zur Anatomie und sagenhafter Herkunft, werden die Krokodile beschrieben im ANONYMUS DE SITU URBIS IERUSALEM 47 (SANDOLI II 6).

¹⁴⁴ Dor lag etwa 12 km nördlich von Caesarea Maritima.

¹⁴⁵ Wiki: Name der Stadt vor deren Ausbau durch Herodes den Großen.

In hac civitate vidi ecclesiam sancti Petri, edificata de domo Cornelii¹⁴⁶ centurionis, quem sanctus Petrus convertit et baptizavit, et edes Philippi¹⁴⁷ et cubicula quatuor virginum prophetissarum.¹⁴⁸

Postea a Cesarea Palestina veni Assur,¹⁴⁹ quondam civitatem famosam, modo fere desolatam. Ubi aliquando milites famosissimi et optimi totius terre extiterunt.

Seite 24

Inde veni Ioppen,¹⁵⁰ relinquens a sinistris Antipatridam desolatam, quam Herodes sic ex patris nomine nominavit.¹⁵¹ Ioppe autem sepe et multos vidit bellorum tumultus ab antiquis usque ad hec tempora. Hec civitas quondam magna fuit et populosa, modo desolata. Hic erat portus Ione, cum vellet fugere a facie Domini, et auspiciū vocabuli videtur alludere rei, et dicitur Ioppe quasi Ione fugientis portus.

Hic eciam, apud Ioppen, secundum fabulas Andromeda, filia Cephei et Cassiopes, iussu Iovis pro crimine matris religata ad scopulos exposita erat marine belue devoranda. Quam Perseus occisa belua liberavit et duxit in uxorem.¹⁵² Credat qui velit!

Postea procedens versus Rama vel Ramula¹⁵³ (quod idem est), transivi campum, ubi ab angelo raptus fuit Abacuc¹⁵⁴ propheta, afferens Danieli cibum in speluncam leonum in Babilonem. Reliqui autem a sinistra parte Ligdam,¹⁵⁵ que Diaspolis dicitur, ubi resuscitata fuit Dorcas, sicut in Actibus Apostolorum legitur, et sanatus Eneas,¹⁵⁶ et Listram,¹⁵⁷ non procul ab Arimathia,¹⁵⁸ de qua fuit Ioseph, qui Christum sepelivit, et Nobeë,¹⁵⁹ quondam urbem sacerdotum,

¹⁴⁶ LAURENT #275: Acta Apostolorum X 1.

¹⁴⁷ LAURENT #276: Acta Apostolorum XX 18.

¹⁴⁸ LAURENT #277: Acta Apostolorum XXI 9.

¹⁴⁹ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁵⁰ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁵¹ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁵² Siehe Wiki: Andromeda (Mythologie).

¹⁵³ Nach Wiki: Rama (biblischer Ort) ist das Rama des AT (1. Samuel 1,1) und nicht identisch mit dem heutigen Ramla; die genaue Lage dieses Ortes, der auch angeblich Geburtsort Josephs von Arimathäa sein soll, ist unbekannt. Thietmar meint wahrscheinlich das heutige Ramla, da das Rama des AT nur im Buch Samuel erscheint und danach aus der Überlieferung verschwindet. Ein zweites Rama liegt nördlich von Jerusalem und kommt daher aufgrund der Reiseroute Thietmars hier nicht in Betracht.

¹⁵⁴ LAURENT #283: Proph. Daniel XIV 35.

¹⁵⁵ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁵⁶ LAURENT #286: Act. Apost. IX 36ff.

¹⁵⁷ LAURENT #287: möglicherweise das heutige Latrun.

¹⁵⁸ Siehe Fußnote oben zu Rama vel Ramula.

¹⁵⁹ Lage umstritten.

nunc tumulum occisorum.

Perveni igitur Rama,¹⁶⁰ qua quondam ingentissima fuit, ut patet in ruinis structurarum. Que qualis fuerit antea, fracta docet. Hanc edificavit Herodes. Unde legitur: *Vox in Rama audita est*¹⁶¹ etc.

Inde movi iter versus Bethleem,¹⁶² transiens per Iudeam et relinquens a dextris Philisteam (quinque civitates Philistinorum: Gazam,¹⁶³ cuius portam Samson fregit¹⁶⁴ et in montem secum detulit; Ascalonem,¹⁶⁵ ubi adhuc quedam turris

Seite 25

est, que dicitur turris puellarum ([que dicitur etiam cementata de sanguine humano – hec civitas deserta est] – et Accaron¹⁶⁶).

Et omnia reliqui a dextris, et transivi per montana Iudee. Ubi prospiciens versus sinistram vidi Samariam,¹⁶⁷ que dicitur nunc Sebasta, ubi sepultus est sanatus Iohannes baptista inter Abdiam et Eliseum prophetas.

Non longe a Sebasta est Sichem,¹⁶⁸ que modo Neapolis dicitur, ubi rapta fuit Dina,¹⁶⁹ filia sororis Iacob. Ubi in vicino est puteus Iacob, ubi Dominus petebat aquam a Samaritana, quando dixit ei: *Quinque viros habuisti* etc.¹⁷⁰

Iuxta quem puteum Ieroboam fecit duos vitulos aureos, quos adoraverunt filii Israel.¹⁷¹ Ubi David interfecit Goliath. Reliqui eciam a dextris Silo¹⁷² et Ramatha,¹⁷³ ubi fuit archa federis ab introitu filiorum Israel usque ad tempora Samuelis. Et locus iste desertus est. Et Nicopolim, que prius vocabatur Emaus,¹⁷⁴ ubi Dominus manifestavit se duobus discipulis euntibus in via.

A dextris reliqui Achilon¹⁷⁵ et Gabaon,¹⁷⁶ ubi Iosue pugnavit contra quinque reges, ad cuius preceptum sol tenuit cursum suum usque ad victoriam populi Dei.

¹⁶⁰ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁶¹ LAURENT #290: Matth. II 18

¹⁶² Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁶³ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁶⁴ LAURENT # 292: I Maccab. XIII 43.

¹⁶⁵ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁶⁶ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁶⁷ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁶⁸ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁶⁹ LAURENT #296: Genesis XXXIV 1–2.

¹⁷⁰ LAURENT #298: Joh. IV 18.

¹⁷¹ LAURENT #299: III Reg. XII 28.

¹⁷² Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁷³ Nicht identifizierbar.

¹⁷⁴ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁷⁵ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁷⁶ Siehe „Geographische Angaben“.

Cum autem de montanis Iudee procederem versus Bethleem,¹⁷⁷ et venissem contra Iherusalem¹⁷⁸ ad tria miliaria, incidi in laqueum. Unde versus:

Incidit in Scillam cupiens vitare Caribdim.

Cum enim sit Bethleem iuxta Iherusalem, ut civitatem sanctam vitarem et periculum, feci vie dispendium; sed frustra, quia ibi quod verebar accidit, et

Seite 26

captus a Sarracenis ductus sum Iherusalem. Tunc temporis vivus videbar mihi mortuus.

Ille enim status inter presentes passiones et timorem mortis vel captivitatis perpetue nichil distabat; immo mortis et captivitatis timore ventilatus hinc inde singulis mihi videbar mori momentis. Sic captivus detinebar duobus diebus et una nocte extra portam civitatis, ubi sanctus Stephanus prothomartir lapidatus fuit. In quo loco quondam constructa est ecclesia, sed nunc a Sarracenis funditus eversa.

Cum ergo mihi captivo et sic angustiato non esset spes nec via spei, Deus, qui prope est omnibus invocantibus eum, visitavit desperantem, spem rediintegavit, et me miraculose conservavit. Sic: Habui comitem Hungarum nobilem,¹⁷⁹ qui scivit quosdam conprovinciales suos Hungaros sarracenos obtentu studii existere Iherusalem.¹⁸⁰ Quos fecit vocari. Quibus vocatis et agnitus ab ipsis amicissime receptus est. Qui dum intellexissent casum captivitatis nostre, partes suas interposuerunt, et labore non modico fecerunt nos expeditos.¹⁸¹

IX. De sancta civitate quia multi multa dixerunt et quia de ea multa dici possunt, me aliqua dicere duco ociosum.¹⁸² Tamen de multis dicam pauca. Civitas ista est fortissima, muris et turribus munita. Templum Domini, quod dicitur Salomonis, mirifice adornatum, Sarraceni in suam maumeriam converterunt, quo numquam Christianus presumit intrare. Ecclesia Dominici sepulchri et locus passionis sine luminaribus et sine honore et reverencia semper clausa existit, nisi forte gracia oblationum peregrinis aperiatur.

¹⁷⁷ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁷⁸ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁷⁹ Hinweis, dass Thietmar nicht alleine gereist ist. Der ungarische *comes* könnte aus dem Gefolge des gerade in Akkon für den 5. Kreuzzug gelandeten Königs Andreas II. von Ungarn stammen.

¹⁸⁰ LAURENT #309: Ungarn war schon über 200 Jahre christlich; muslimische Ungarn, die in Jerusalem studieren, sind bemerkenswert. Hg.: Könnte es sich um Renegaten handeln?

¹⁸¹ Die Gefangennahme dürfte eine der noch heute in manchen Gebieten des Nahen Ostens üblichen Geiselnahmen zur Erpressung von Lösegeld gewesen sein.

¹⁸² Erneuter Hinweis darauf, dass Thietmar viele andere Pilgerbericht kannte.

Mons Syon est infra civitatem in orientali vel in australe parte. In cuius summitate est ecclesia, ubi Dominus lavit pedes discipulorum suorom. Ibi etiam in die Pentekostes discipuli Spiritum Sanctum acceperunt. Ibi beata virgo Maria in medio apostolorum Deo reddidit spiritum. Ibi Dominus presentatus fuit Pylato iudici. Ibi cum discipulis cenavit. Ibi Iohannes supra pectus Domini in cena recubuit. Ibi clausis ianuis post resurrectionem discipulis

Seite 27

Dominus apparuit. Ibi sanctus Stephanus fuit sepultus inter Nichodemum et Abibam.

A sinistra parte montis extra muros civitatis est ager peregrinorum, qui Acheldemach, id est ager sanguinis, nuncupatur. Iuxta quem agrum est mons Gyon, ubi Salomon coronatus fuit.¹⁸³

Item prope civitatem sanctam est *mons oliveti* contra orientem et locus, de quo Salvator ascendit ad Patrem. Ubi adhuc videntur vestigia Salvatoris.

In quo etiam monte per annos singulos vacca rufa secundum legem in holocaustum Domino offerebatur et agnus, cuius cinis expiabat populu Israel. Item in pede montis oliveti contra orientem trans Cedron iactu sagitte Christus oravit ad Patrem. Ibi etiam sanguinem sudavit. Ibi dixit Petro: *Non potuisti una hora vigilare etc.*¹⁸⁴

Inde regressus Ihesus Getsemani tentus¹⁸⁵ est a Iudeis et ductus ad pretorium Pylati in Syon. Ibi eum ad vocem ancille negavit Petrus, et recognoscens reatum suum descendit in cavernam quandam, ubi amarissime flevit. Que hodie *galli cantus* vocatur.

Preterea iuxta portam civitatis, que respicit ad meridiem, est cavea quedam, in qua iussu Dei quidam leo sub Cosdroa¹⁸⁶ plurima sanctorum martirum corpora nocte una comportavit. Que adhuc *carnerium leonis* vocatur.

Cum autem duos dies et noctem apud Iherosalem fecissem, arripui iter versus Bethleem.

Seite 28

In medio vie vidi sepulchrum Rachel, uxoris Iacob, ubi peperit Benjamin, et in partu mortua est. Ubi pyramis eius apparet magnifice structa, locus, qui

¹⁸³ LAURENT #322: III Reg. I 38ff.

¹⁸⁴ LAURENT #323: Marcus XIV 37.

¹⁸⁵ LAURENT #325: Luc. XXII 63.

¹⁸⁶ LAURENT #328: möglicherweise verfälschte Erinnerung an Chosroes II., der 614 Jerusalem einnahm und die Christen umbrachte.

Arabice vocatur Crabata.¹⁸⁷ Inde perveni usque Bethleem.

X. Bethleem, civitas Dei summi, sita est in iugo montis, in longum, et adhuc est integra, nec a Sarracenis destructa. Quam quidem tenent Christiani, Sarracenis subiugales. Et creditur, quod Sarracenus non debet ibi esse stacionarius. Sunt tamen quidam Sarraceni custodes ad limina monasterii deputati, a peregrinis introeuntibus pedagium accipientes; qui tamen ibi residenciam non faciunt.

Monasterium istud pulcherrimum est totum plumbo tectum.¹⁸⁸ Bases eius cum epistiliis¹⁸⁹ et capitellis de marmore nobilissimo, pavimento eodem marmore stratum, parietes eius auro et argento variis coloribus sunt politi et omni opere vel arte pigmentaria ad unguem venustati. Sarraceni sepe destruxissent hoc monasterium, nisi sollicitudo Christianorum multa pecunia precavisset.

In eodem monasterio in capite ecclesie est spelunca, ubi Dominus natus est. In qua ego peccator deosculabar presepe, in quo Dominus parvulus vagiit, et adoravi in loco, ubi beata virgo puerpera Deum fudit infantem. Item in eodem monasterio versus septentrionem vidi cellam beati Ieronimi, in qua idem Ieronimus plerosque libros sacre scripture de Hebraico, Greco et Chaldaico transtulit in Latinum. Ubi in proxima spelunca sepultus est, et Paula et Eustochium et decem discipuli eius ibidem consepulti.

Vidi ibi eciam aliam speluncam magnam, ubi plurima sanctorum innocentium corpora deposita fuerunt.

Seite 29

Hinc, hoc est a Bethleem, ad VI miliaria est Ebron,¹⁹⁰ versus meridiem, ubi quatuor patriarche cum uxoribus suis in duplici spelunca sunt sepulti: Adam, Abraham, Ysaac et Iacob.¹⁹¹ Ubi pulcherrima ecclesia constructa est, quam eciam Sarraceni in multa veneratione habent, et maxime propter Abraham; et illa provincia adhuc dicitur terra Abraham.

Est autem ager quidam in Ebron, qui in multo habetur honore pro specie preciosa. Solent enim Sarraceni effodere terram illam et deferre in Egyptum

¹⁸⁷ LAURENT #332: arabisch karabatun => Schwierigkeiten. BENJAMIN VON TUDELA, S. 47: „Nahe bei Beth Lechem, etwa eine halbe Meile entfernt, steht an einer Wegkreuzung das Grabmal des Rahelgrabes. Das Grabdenkmal ist aus elf Steinen errichtet, entsprechend der Zahl der Söhne Ja'aqovs. Über ihm wölbt sich eine große Kuppel, die auf vier Säulen ruht.“

¹⁸⁸ Wikipedia: Geburtskirche: Die Bausubstanz stammt aus der zweiten Hälfte des 5. Jahrhunderts, im Wesentlichen unverändert; Reste eines Vorgängers aus den 4. Jahrhundert sind noch sichtbar.

¹⁸⁹ LAURENT #341: Architrave.

¹⁹⁰ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁹¹ BENJAMIN VON TUDELA S. 47f. lässt Adam aus, aber erwähnt dort zusätzlich die Gräber der Frauen der übrigen drei.

ad vendendum pro nobili specie. Quantumcumque autem terre effossum est, post anni circulum reperitur redintegratum. De qua terra dicunt et in eodem loco esse formatum Adam. Terra illius agri rubea est. Alii autem dicunt Adam esse plasmatum in agro Damasceno.

Item iuxta Ebron est mons Mambre; in cuius radice est illa terebintus,¹⁹² sub qua vidit Abraham tres angelos; tres vidit et unum adoravit.¹⁹³

Item a Bethleem ad tria miliaria est monasterium sancti Kariot.¹⁹⁴ Qui cum esset abbas in eadem ecclesia, et tandem instaret dies resolutionis eius, monachi ipsius, videntes ipsum agonizantem, dixerunt ad invicem: *Post patrem nostrum superstites volumus esse super terram!* et omnes in presenti cum abbate agonizante et monachi agonizabant, et adhuc eo modo carnaliter apparent, quo in agonia tunc temporis extiterunt. Sarraceni autem propter invidiam, ut ipsos incinerarent, ignem super eos proiecerunt, sed ardor ignis ipsos non tetigit. Qui in cripta pulchra eiusdem monasterii repositi sunt.

Item a Bethleem ad tria miliaria est oppidum Thecua¹⁹⁵, ubi Amos propheta sepultus est.

Seite 30

Item a Bethleem versus Sodomam et Gomorram ad miliare est locus, qui dicitur *gloria in excelsis*, ubi pastoribus angeli adnunciaverunt Dominum natum. Dicitur autem etiam turris Ader,¹⁹⁶ ubi Iacob pavit greges suos.

Item inter Bethleem et Iherusalem est cenobium, ubi erant sanctimoniales, quando terra sancta perdita fuit, pulchre valde. De quarum pulchritudine dum intellexit Soldanus, voluit eis commisceri, et precepit, ut se pulchre induerent et ornarent, nequicie sue incentivum facientes. Abbatissa autem earum, ne sic ludibrio esset carni et diabolo, et ne castitatis sue liliam luxurie mergeret in cloaca, sui laboris annullans meritum, se suasque maluit mutilare, quam corpore integro, facie sydeream inmundissimo cani scortum existere.

Igitur, tamquam divinitus edocta, cum iam pre foribus esset tyrannus, premissa exhortatione et confortatione usa est hoc consilio: *O sorores vene-*

¹⁹² Wiki: Pistazie (Pistacia palaestina).

¹⁹³ LAURENT #355: Genes. XVIII 1–3. PETACHJA VON REGENSBURG S. 163: „Bei den Terebinthen von Mamre [...] da zeigte er ihm einen schönen Ölbaum [...], der in drei Teile gespalten war und einen Marmortisch in der Mitte hatte. [...] Als die Engel sich gesetzt hatten, sei der Baum in drei Teile gespalten und jeder der [drei Engel] habe sich an einen Teil des Stammes gelehnt. Und sie haben um einen Tisch herum gegessen.“

¹⁹⁴ Der Heilige ist nicht identifizierbar; möglicherweise Verwechslung mit dem Namen eines Ortes Kariot in Judäa.

¹⁹⁵ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁹⁶ LAURENT #362: Genes. XXXV 21 dort *turis Gregis*.

rabiles, tempus tribulationis nostre est. Saladinus, nostri virginalis pudoris inimicus, in promptu est. Manus eius evadere non potestis. Utamini ergo consilio meo et quod fecero et vos faciatis!

Quod dum ratum singule accepissent, ipsa abbatissa primitus et precipua naso se mutilavit, et singule postmodum voluntate spontanea sunt mutilate. Quo audito Saladinus vehementer confusus, admirans illarum constanciam et prudentiam obstupuit, et multum hoc factum et sue fidei tenacem constanciam approbavit.

XI. Igitur progressus a Bethleem veni Bethaniam,¹⁹⁷ relinquens a sinistra civitatem sanctam iuxta ad campum, ubi Lazarus a Domino resuscitatus fuit. Est autem Bethanie *mons offensionis* contiguus, in quo posuit Salomon ydolum Mediloch.¹⁹⁸

Inde descendens versus Ihericho¹⁹⁹ transivi locum, ubi Samaritanus incidit in latrones. Unde in ewangelio: *Homo quidam ab Jerusalem in Jericho*²⁰⁰ etc. Qui locus dicitur Adomin.²⁰¹ Ibi etiam frequenter a latronibus effundebatur sanguis humanus.

Seite 31

Transivi etiam locum illum, ubi Dominus cecum illuminavit.²⁰²

Transivi etiam rivulum, quem Elizeus de amaro fecit potabilem. Unde illud: *Deus, qui te per Elizeum prophetam in aquam mitti iussit* etc.²⁰³ Hic a sinistra vidi *montem querentium*, ubi Dominus ieiunavit et a dyabolo temptatus est. Est autem alius mons in Galilea, ubi a dyabolo etiam temptatus est.

Hinc perveni Ihericho, unde Raab meretrix oriunda fuit. Unde etiam Zacheus statura pusillus fuit. Cuius muros Dominus etiam miraculose destruxit. Hinc etiam pueri egressi illuserunt Elizeo, dicentes: *Calue, calue, ascende!* Quos in vindictam prophete duo ursi devorabant.²⁰⁴ Civitas ista parva est.

Hinc transiens versus Iordanem vidi castra Galgale,²⁰⁵ ubi frequenter²⁰⁶ solebant esse Elizeus et Helyas prophete. Vidi etiam ibidem aceruum prepu-

¹⁹⁷ Siehe „Geographische Angaben“.

¹⁹⁸ LAURENT #368: Moloch / III Reg. XI 7.

¹⁹⁹ Siehe „Geographische Angaben“.

²⁰⁰ LAURENT #369: Lucas X 30.

²⁰¹ Nicht zu identifizieren.

²⁰² LAURENT #371: Lucas XVIII 35ff.

²⁰³ LAURENT #373: *Est in benedictione salis, quae antecedit benedictionem aquae in missali Romano.*

²⁰⁴ LAURENT #378: IV Reg. II 23ff.

²⁰⁵ Nach Landkarte von ca. 1850 ca. 2 km südöstlich Jericho, auf modernen Landkarten nicht zu finden.

²⁰⁶ LAURENT #380: IV Reg. II, 1–9.

ciorum²⁰⁷ et sedem circumcisionis et locum flentium;²⁰⁸ duodecim scilicet lapides, quos tulerunt filii Israel de Iordane in testimonium; de quibus Iohannes baptista predicavit dicens: *Potens es, Domine, de lapidibus istis suscitare filios Abrahe.*²⁰⁹

Transivi eciam locum illum, ubi filii Israel sicco pede²¹⁰ transiverunt Iordanem, qui dicitur *vada Iordanis*, et ubi Dominus baptizatus est. In quo loco pulchra ecclesia in honore sancti Iohannis baptiste constructa est. In quo loco annuatim in ephyphanasolent de longinquis partibus convenire.²¹¹

Seite 32

Greci et Suriani cum maxima multitudine et in eodem loco pueros suos baptizare.

Ibi eciam ad preceptum Helye²¹² et Elizei aqua se ad modum parietum divisit et iter prebuit.²¹³ Ibi eciam a Domino raptus est Helyas.²¹⁴ Ista acciderunt in valle, que dicitur vallis Iordanis sive vallis Achor,²¹⁵ qui pro aurea regula subtracta Ihericho lapidatus fuit.

Notandum eciam, quod vallis ista speciosa est et pulcherrima et quondam valde fructifera, adeo ut poma granata crescerent ibi ad modum urne, non enim audeo dicere tine,²¹⁶ quod tamen ductor meus dixit mihi veracissime. Botrus²¹⁷ eciam crevit ibi, quam vix aliquis a terra posset manu tollere.

Sed vallis ista a fetore viciorum Sodome a sua fecunditate penitus emarcuit, et non est ibi fructus nisi canna mellis, unde zucorum conficitur. Arbores quidem pulchre sunt ibi de pulcherrimis foliis, sed fructum non habentes. Quarum sucus adhuc sapit vicia Sodomorum, quia si quis ramunculum de eis fregerit, manus habebit tota die fetidissimas; nec fetor ille per aliquas cuiuscumque liquoris ablutiones subito potent aboleri.²¹⁸

²⁰⁷ LAURENT #381: liber Josuë Bennun id est Jesu Nave V 3: *collis praeputiorum*.

²⁰⁸ LAURENT #382: liber Josuë Bennun id est Jesu Nave IV 19–24; V 1–12.

²⁰⁹ LAURENT #383: Lucas III 8 – leicht verändert.

²¹⁰ LAURENT #384: liber Josuë Bennun id est Jesu Nave III 17.

²¹¹ Wiki „Ephania“: Erscheinung des Herrn, 6. Januar.

²¹² LAURENT #389: Elias, vide IV Reg. IV 12.

²¹³ LAURENT #388: IV Reg. II 8.

²¹⁴ LAURENT #389: IV Reg. II 12.

²¹⁵ LAURENT #391: liber Josuë Bennun id est Jesu Nave. VII 20 und 26.

²¹⁶ LAURENT #393: altfranzösisch „Faß/Bottich aus Holz“.

²¹⁷ Wein, von griech. botrys.

²¹⁸ LAURENT #397: *Asclepias gigantea*? Internet Lexikon 88 (<http://www.peter-hug.ch/lexikon/asclepiasgigantea>) gekürzt: *Calotropis procera* R. Br. (*Asclepias gigantea* Andr., *A. procera* Ait.), ein der *Calotropis gigantea* ähnlicher Strauch in Indien, Arabien, Persien und Ägypten, mit spitzeren Blättern, enthält in allen Teilen eine scharfe, bittere, opiumartig riechende Milch.

Item non longe hinc est Bethel, ubi pauper Iacob super nudam humum, dum fratrem suum fugeret, obdormivit et scalam ad celos erectam et per eam angelos ascendentes et descendentes vidit.²¹⁹

Item non longe hinc est locus, qui dicitur *ad tumulos Iordanis*, ubi filii Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse, dum redirent ad possessiones suas, construxerunt altare mire magnitudinis.²²⁰

Transiens igitur per vada Iordanis ad campum veni et ad locum, ubi Dominus subvertit Sodomam et Gomorram, qui lacus asfalte vel asfaltidis dicitur.²²¹

Evomit autem lacus iste quoddam genus bituminis perutile medicinis,

Seite 33

quod aspalta dicitur.²²² Dicitur etiam mare mortuum, quia nichil vivum recipit. In eo homo etiam mergi non potest, nec avis nec piscis ibi vivere nec mergi possunt.

Titus enim quondam homines dampnatos in ipsum mare ligatis manibus et pedibus proici precepit. Qui per quatuor dies fluctuantes nec mergi nec mori potuerunt; qui vivi excepti sunt. Preterea si lucerna cum lumine inponeretur, mergi non posset, extincto vero lumine lucerna statim mergeretur.

Lacus iste etiam dicitur mare dyaboli, quod instinctu dyaboli propter peccata eorum quatuor civitates, scilicet Sodoma, Gomorra, Seboim et Adama,²²³ sunt subverse. Super ripam istius maris crescunt poma forinsecus pulcherrima et rubicunda, intrinsecus autem, cum rumpuntur, est favilla, et fetent.²²⁴

²¹⁹ Siehe „Geographische Angaben“.

²²⁰ LAURENT #399: liber Josuë Bennun id est Jesu Nave XXII 10.

²²¹ Das Tote Meer.

²²² WILFRIED KUNZE, LKG-Ingenieurbüro für Bautechnik, <http://elkage.de/PHP/fachbegriffe.php?id=350>: „In der Antike war man überzeugt, dass Asphalt auf glühenden Kohlen Schlangen vertreiben konnte, und im Übrigen wurde er offenbar vornehmlich als Universalheilmittel eingesetzt. Der griechische Arzt Hippokrates (460–377 v. Chr.) verordnete Asphalt zur äußerlichen Anwendung. Dioskurides, griechischer Arzt und Drogenspezialist, bestimmte Asphalt im 1. Jahrhundert n. Chr. zum inneren Gebrauch. Und Plinius d. Ä. weiß zusammenfassend in seiner „Historia naturalis“ zu berichten: „Angezündetes Bitumen vertreibt Fliegen durch seinen Geruch. Babylonisches Bitumen soll wirksam bei der Behandlung von grauem Star und Hornhautflecken ebenso wie bei Aussatz, Flechten und Juckreiz sein ... Es unterbindet Blutungen, schließt Wunden und zieht verletzte Muskeln zusammen ... Brennendes Bitumen deckt epileptische Krankheiten auf ... Mit Wein getrunken, beschleunigt Bitumen die Menstruation der Frauen.“ ZAYN BILKADI, Bulls From The Sea, in: Saudi Aramco World 45/4 (1994), beschreibt ausführlicher die Geschichte der Asphaltgewinnung aus dem Toten Meer und geht sogar davon aus, dass der dort gewonnene Asphalt in Ägypten zur Mumifizierung benutzt wurde und von dort als Bestandteil des Medikaments „Mumia“ in die Mägen von Europäern gelangt sei.

²²³ LAURENT #404: Deuteron. XXIX 23.

²²⁴ LAURENT #405: Poma Asclepiadis giganteae? Hg.: Nicht zu identifizieren, Widerspruch zu Laurents Identifizierung im vorigen Kapitel, da der dort in Fußnote angegebene Strauch

Notandum eciam, quod semel in anno vel bis exit ventus periculosus, magno impetu, siccus, urens, nocivus frugibus et corporibus, nomine Assur, et protendit vires suas ultra Accon super mare ad X miliaria, et ibi perdit vires suas. Idem eciam ventus Assur semel infra duos annos adeo nocivus egreditur, ut per tussim multos interficiat. Quandocumque autem egreditur, non amplius quam ad dimidium diem durat; si enim diutius duraret, terra eum sustinere non posset.²²⁵

Lacus eciam iste dicitur lacus salinarum, quia multi ibi salem colligunt. In lacum istum fluit Jordanis, et amplius non egreditur, sicuti a quibusdam intellexi.

In ripa huius lacus a loco, ubi Dominus baptizatus fuit, ad miliare est statua salis, in quam uxor Loth versa fuit.²²⁶ Unde Theodolus:²²⁷

Loth perfida uxor vertitur in salis effigiem; lambunt animalia cautem.

Seite 34

XII. Hinc, a lacu Sodome et Gomorre, veni et processi Segor, ubi Loth post eversionem Sodome se recepit.²²⁸ Que modo Syra lingua vocatur Zoram, Latine oppidum palme dicitur. Ubi iuxta in monte Loth inebriatus cum filiabus suis peccavit.

Post hoc processi vineam Beniamini²²⁹ et Engaddi, que quondam dicta fuit vinea balsami, quia ibi antiquitus crevit balsamus. Sed Egyptii furtive arbusta sustulerunt et iuxta Babilonem et Hair, civitatem quandam, transplantaverunt. Habet autem ortus balsami in quantitate circa dimidium mansum. Et est

keine Früchte trägt. FULCHER VON CHARTRES, Liber II, Kap. V (SANDOLI I 3) beschreibt diese Früchte ähnlich: *Illis inter arbores ceteras vidi quasdam pomas ferentes, de quibus [...] inveni, rupto cortice, interius quasi pulverum atrum, et exinde inanem podire fumam.* Ähnlich beim Anonymus de situ urbis Jerusalem 15 (SANDOLI II 6).

²²⁵ Wikipedia Chamsin: Der Chamsin ist ein sehr heißer und trockener Wüstenwind, der zeitweise in Libyen, Ägypten sowie in Israel/Palästina, Syrien, Libanon und Zypern im Frühjahr zumeist Mitte April oder Anfang Mai auftritt, in seltenen Fällen auch im März. Der Name geht auf den Umstand zurück, dass der Chamsin immer innerhalb eines ab der Tagundnachtgleiche beginnenden 50-tägigen Zeitraums durchschnittlich für drei bis vier Tage weht. Hg.: Thietmars *Assur* stammt wahrscheinlich von lat. *auster*, eine mythologische Bezeichnung für den Scirocco. Die Auswirkungen übertreibt Thietmar aber.

²²⁶ LAURENT #407: Genes. XIX 26. BENJAMIN VON TUDELA S. 44: „Zwar lecken die Schafe immer wieder an dieser Salzsäule, doch wächst sie jedes mal wieder nach, bis sie wieder so ist, wie sie zuvor gewesen war.“ Aber PETACHJA VON REGENSBURG (S. 161) hat diese Salzsäule nicht gesehen und verneint deren Existenz.

²²⁷ LAURENT #408: Theodoli Eclogis, v. 115ff. (leicht verändert). Nach WINFRIED BÜHLER, Theodulus Ecloga and Mythographus Vaticanus I, in: California studies in classical antiquity 1 (1968) S. 65ff. ist dieses Werk entstanden vor dem 11. Jahrhundert.

²²⁸ LAURENT #409: Segor/Zora war zu Thietmars Zeit bereits zerstört; es ist unklar, welchen Ort Thietmar hier anspricht.

²²⁹ LAURENT #411: Grenzen der „vinea“ liber Josuë Bennun id est Jesu Nave. XVIII 12–20.

lignum balsami ut lignum vitis duorum annorum, folium vero sicut trifolium formatum.²³⁰ Tempore vero maturitatis in mense Maio rumpitur cortex ligni balsami, et de ligno guttatim gummi distillat, que in vasis vitreis colligitur et per aliquot menses in stercore columbe reponitur et reservatur. Postea purum a fece separatur. Nota quod balsamus formatus est in colore et in liquore sicut purum oximel. Item ortus balsami specialem habet fontem, unde irrigatur, quia ab alia aqua non potest irrigari.²³¹

Postmodum veni in terram Moab, et processi in montem, in quo fuit spelunca, in qua David latitavit, quando precidit horam vestimenti Saul, dum ventrem purgaret; relinquens ad manum sinistram Sethim,²³² ubi manserunt filii

Seite 35

Israel, quando dereliquit eos dux itineris, id est columpna nubis, quam haberunt ducem itineris per XL annos.²³³

Tandem veni ad campestria Moab, que habundant pecore et frumento. Incole quidem deformes, miseri et miserime induti in magna parte habitant in cavernis petrarum.²³⁴ Terra plana, delectabilis et herbosa est silvis et arboribus vacua; virgulta vilia vix habent ibi et arbusta.²³⁵

Item a sinistra reliqui Amorream, Basan et Galaad²³⁶, quas optinuerunt due tribus et dimidia; filii Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse.²³⁷

XIII. Postea veni ad torrentem Yaboc,²³⁸ vallem horribilem et profundam valde, cuius profunditas plurimum me turbavit. In descensu enim et ascensu fere dietam consummavi.²³⁹

²³⁰ Nach Bildvergleich im Internet dürfte es sich um die Myrrhe handeln, da sie dreiblättrig (*trifolium* s. u. im Text) ist. In der Ökonomischen Enzyklopädie von J. G. KRÜNITZ (www.kruenitz1.uni-trier.de) heißt es unter dem Stichwort „Myrrhe“: „Sein Holz ist weiß, die Aeste ohne Dornen; die Blätter sind von unbestimmter Gestalt stumpf und spitz, zu drey an einem Stiele, an der Spitze sägenförmig.“ Zur weiteren Verarbeitung (Reifung in Taubenkot) konnten keine Informationen gefunden werden.

²³¹ Dieser Absatz ist weitgehend identisch mit der Beschreibung BURCHARDS VON STRABURG (ca. 1175), *De statu Egypti vel Babylonie*, caput III (SANDOLI II 15).

²³² Siehe „Geographische Angaben“.

²³³ LAURENT #420: Num. XII 10.

²³⁴ Im Gegensatz zu Thietmars abfälliger Meinung sind Höhlenwohnungen in diesem Klima sehr zweckmäßig, weil sie vor der Sommerhitze schützen.

²³⁵ Das Gebiet ostwärts des Toten Meeres ist der westlichste Ausläufer des (siehe Wikipedia) „Fruchtbaren Halbmonds“ mit Regenfällen zwischen um 375 mm/Jahr im Winter bis Frühjahr, nach GÜNTER KETTERMANN, *Atlas des Islam*, 2001, S. 11, so dass dort zu Thietmars Reisezeit eine lebendige Vegetation existiert haben dürfte; ab Beginn des Sommers ist jedoch die Landschaft kahl und staubtrocken.

²³⁶ LAURENT #425: Gilead Num. XXXII 29.

²³⁷ LAURENT #426: Num. XXXII 33.

²³⁸ Im gesamten Kapitel XIII ist Thietmar offensichtlich die Reihenfolge geographischer Elemente durcheinander gekommen: Der **Yabok** ist ein ostwärtiger Nebenfluss des Jordan,

Hinc veni ad montem Abarim,²⁴⁰ in quo Moyses mortuus est²⁴¹ et a Domino sepultus, cuius sepulchrum nullus hominum umquam scire potuit. Unde illud: *Nec cuiquam hominum dedit indagare sepulchrum. Ubi Dominus dixit²⁴² ei: Ascende et contemplare terram, videbis eam et non intrabis.* Hic mons excelsus est et in piano positus. In summitate istius montis est pulchrum cenobium a Christianis Grecis inhabitatum, ubi eciam pernoctavi. Circa hunc montem filii Israel multam moram fecerunt.

Hic in vicino est mons Nebo,²⁴³ mons Phasga, mons Phagor; et sunt in terra Moabitarum et Madian.²⁴⁴ In quibus Baalam²⁴⁵ propheta rogatu Balach regis debuit maledicere filios Israel, sed in contrarium benedixit. Ibi eciam filii Israel peccaverunt cum virginibus Madianitarum. Et mirum, cum femine illius provincie deformissime sint.²⁴⁶

Ibi eciam filii Israel Beelphegor iniciati sunt.²⁴⁷

Seite 36

Ibi Phinees zelavit legem Dei sui, et perforavit virum et mulierem.²⁴⁸ Ibi eciam

der zwischen See Genezareth und Totem Meer in den Jordan mündet; er kommt daher hier nicht in Betracht; Thietmar hätte sonst vom Jordanübergang einen großen Umweg nach Norden nehmen müssen. Der heute als solcher bezeichnete **Berg Nebo** liegt auf Höhe des Nordendes des Toten Meeres und ist der nördlichste Ausläufer des Gebirgszuges Abärim (siehe übernächste Fußnote). Das tief eingeschnittene Flusstal, auf das diese Beschreibung (auch nach eigener Anschauung des Hg.) zutrifft, ist das des **Arnon/Wadi al Mūjib** und befindet sich südlich davon auf Höhe der Mitte des Toten Meeres. Nach Überquerung dieses Tales südwärts kommt man nach Robda und weiter nach Crach (Kerak). Bei dem am Schluss des Kapitels XIII angeführten **Arnon** handelt es sich um das **Wadi al-Hasa** auf einem Drittel des Weges nach Süden von Crach (Kerak) nach Monreal/Petra/Scobach. Siehe dazu auch Anhang „Karten und Abbildungen“.

²³⁹ An der wahrscheinlichen Stelle von Thietmars Arnonübergang befinden sich auf Ritters Palästina-Karte von 1850 die Bezeichnungen „Römerbrücke“ und „Felsentreppe“. Nach Kartenskizzen bei www.vkrp.org (Virtual Karak Resources Project) befanden sich dort unten im Tal und oben an der südlichen Kante der Schlucht je ein römisches Kastell zum Schutz der *Via Nova Traiana* (Königsstraße), deren Trasse Thietmar wahrscheinlich gefolgt ist. Auf hoch auflösenden Satellitenbildern sind an der südlichen Kante Ruinen zu sehen, die möglicherweise die des Kastells sind. Im Tal dürften alle solche Relikte durch den Bau eines Staudamms verschwunden sein.

²⁴⁰ Wikipedia: Abärim ist der Name eines Gebirges im heutigen Jordanien, welches im Alten Testament genannt wird. Es zieht sich in Nord-Süd-Richtung östlich des Toten Meeres entlang, vom **Nebo** im Norden bis zur Arabischen Wüste.

²⁴¹ LAURENT #428: Moses starb auf dem **Berg Nebo**, siehe Deuter. XXXIV, 1–6.

²⁴² LAURENT #430: Deuter. XXXII 49.

²⁴³ Siehe „Geographische Angaben“.

²⁴⁴ LAURENT #432: Midianitarum.

²⁴⁵ LAURENT #433: Num. XXIII 1ff.

²⁴⁶ Ein origineller Bibelkommentar.

²⁴⁷ LAURENT #435: Num. XXV 3.

²⁴⁸ LAURENT #436: Num. XXV 8.

precepit Dominus Moysi, ut suspenderet principes populi contra solem.

De monte Abarim transivi per terram planam et opulentam valde, terram Seon²⁴⁹ in Esebon,²⁵⁰ usque ad torrentem Arnon. Quam terram filii Israel antiquitus occupaverunt, reges illius terre et populum occidentes. Ibi etiam Baalam occiderunt.

Inde veni ad civitatem magnam quondam et famosam, que dicitur Robda, modo destructa.²⁵¹ Hinc perveni ad aliam civitatem magnam in alto montis sitam, muris et turribus munitam, que dicitur Crach.²⁵² Postea veni ad cavernam quandam, ubi a muliercula quadam Greca hospicio sum receptus. Ubi in tempestate noctis venit de vicinis locis episcopus Grecus, canus, persona venerabilis, facie reverendus, qui attulit mihi xenia sua, panem et caseum, et benedixit mihi suo ydyomate.

Inde veni ad torrentem Arnon, vallem mirabilem, horrendam et profundam valde, ubi filii Israel Amorreos occiderunt.²⁵³ Unde legitur:²⁵⁴ *Scopuli Arnon inclinati sunt et corruerunt super Ammoreos, et filiis Israel miraculose transitum prebuerunt.* Numquam enim vidi tanta precipicia et tam horrenda.

Inde transiens veni ad maximum montem, in cuius summitate tantum frigus erat, ut etiam mihi vicinus morti viderer.²⁵⁵ Ubi unum sociorum meorum nimietate eiusdem frigoris corruptum tandem perdidit. Monte isto transito veni ad rupem, ubi Iheremias propheta archam federis sepelivit.²⁵⁶ Super quem locum adhuc sepe noctibus videtur nubes ignea.

Seite 37

XV. Hinc transiens per solitudinem quandam dimisi ad manum dextram pre-rupta ingencia, montana maxima ad manum sinistram.

²⁴⁹ LAURENT #438: Sehon oder Sichon, Num XXXII 33.

²⁵⁰ LAURENT #439: Hesebon, Num. XXI 26.

²⁵¹ LAURENT #440: Kalaat er-Rabbad, Rabbat Moab, Aeropolis. Siehe „Geographische Angaben“. Wiki: Rabbat-Moab war noch kurzzeitig eine der Metropolen des lateinischen Königreiches und verfiel erst im Verlaufe des späteren Mittelalters. Hg.: Nach Thietmars Beschreibung begann der Verfall schon im Hochmittelalter.

²⁵² LAURENT #441: Kir Moab, Kerak. Siehe „Geographische Angaben“.

²⁵³ Richtig Wadi al-Hasa, siehe ausführliche Fußnote zu Anfang des Kapitels und „Geographische Angaben“.

²⁵⁴ LAURENT #444: verändert aus Num. XXI, 1 5.

²⁵⁵ Das Gebirge ist hier bis über 1600 m hoch; da Thietmar hier wahrscheinlich mitten im Winter war und die Wüste ohnehin nachts sehr kalt sein kann, sind seine Temperatur-Angaben glaubhaft.

²⁵⁶ LAURENT #446: II Maccab 2 5, dort aber Berg Nebo; Deuter. XXXIV 1.

Veni ad montem, qui dicitur Petra Latine,²⁵⁷ Gallice Monreal, Sarracenic Scobach.²⁵⁸ In summitate istius montis est situm castrum peroptimum, tribus muris gradatim cinctum et tam firmum, quod numquam vidi firmitus.²⁵⁹ Et est Soldani de Babilonia. Suburbana eius inhabitant Sarraceni et Christiani.

Ubi exceptus fui hospicio a quadam vidua Gallica, que me informavit de itinere et modo itineris per desertum usque ad montem Sinay, et fecit me habere viaticum panem bis coctum, caseos, uvam passam,²⁶⁰ ficus et vinum. Conduxit mihi eciam Boidevinos cum camelis usque ad montem Sinay, quia aliis non est via nota per desertum. Quos quidem iuratos et fide et sua lege astrictos convenit hoc modo, ut me reducerent vivum vel mortuum.

Ivi ergo ductoribus Boidevinis cum camelis per terram Edom, terram bonam et feracem. Dimisi ad dextram Archim,²⁶¹ quondam metropolim Arabum, civitatem magnam, sed modo desertam, et petram, unde Moyses eduxit aquam contradictionis, (que aqua dividitur in duos rivulos, per quos illa terra irrigatur,) preteriens eciam illum locum, ubi filii Israel lesi fuerunt a serpentibus ignitis, contra quorum lesiones Moyses iussu Domini serpentem posuit in pertica, ut conspectu illius lesi curarentur.

Postea transivi per rupes altissimas, via arta et horribili. Erant enim scopuli hinc inde super me ad instar murorum vel parietum erecti et quando-

Seite 38

que desuper clausi ad modum testudinis arcuate; via quidem profunda, in altum tendens, tenebrosa, quia sepe propter clausuras et conveniencias scopulorum hinc indi aerem videre non potui. In istis rupibus inveni excisas in petra mansiones hominum pulchras valde et ornatas, palacia et caminatas, oratoria et cameras, et omnia commoda, que valent ad usus hominum. Omnes habitationes iste deserte erant et a nullo inhabitabantur.²⁶²

²⁵⁷ Nicht identisch mit der Nabatäer-Stadt Petra; zu dieser siehe weiter unten. Wiki: [das nabatäische] Petra war ursprünglich ein Bischofssitz, nach dem Verfall der Stadt ging der Bischofssitz spätestens zur Kreuzfahrerzeit nach Monreal, wurde aber wohl weiterhin als das Bistum Petra angesprochen. Später wurde daraus ein Titularbistum Petra.

²⁵⁸ Siehe „Geographische Angaben“.

²⁵⁹ Zur Befestigungskunst im Kreuzfahrergebiet allgemein: WILLIAM TRACY, Stones That Did the Work of Men, in: SaudiAramcoWorld 44/6. Detaillierte Beschreibungen der einzelnen Burgen im Orient bietet die Webseite Forteresses d' Orient: <http://maxime.goep.fr/index.php>. Dort auch ein umfangreiches Literaturverzeichnis zu diesem Thema.

²⁶⁰ Wahrscheinlich Rosinen; *passum* ist ein Wein, der aus getrockneten Trauben hergestellt wurde.

²⁶¹ Wadi Musa. Siehe „Geographische Angaben“.

²⁶² Siehe Anhang „Petra“. Eine eingehende Beschreibung der Geschichte der Nabatäerstadt Petra bietet JOSEPH J. BASILE, When People Lived at Petra, in: Biblical Archeology Society (Hg.), Exploring Jordan: The other biblical land 2008, S. 49ff. (als PDF-e-book herunter-

XVI. Tandem veni ad montem Or, ubi Aaron mortuus fuit.²⁶³ In cuius summitate est ecclesia constructa, in qua habitant duo Greci monachi christiani. Qui locus dicitur Muscera.

Mons Or altus est valde, et difficilis ascensus eius, et supereminet omnes montes illius provincie.

In pede illius montis primo incepti intrare desertum, et descendi per prerupta ingencia et precipicia maxima gradus excisos in petra. Intravi desertum Babilonie, quod dicitur Birrie,²⁶⁴ terram inviam et inaquosam et solitudinem vastam et heremum, quam quondam filii Israel mirabili Dei providencia transierunt.

Ibi Deus multa miracula ostendit eis, sed quia malicie sue nimietas bonitatem Dei neglexit; multi propter suam maliciam perierunt. Ad manum dextram reliqui Cades Barne,²⁶⁵ ubi mortua fuit Maria, soror Moysi et Aaron. Processi igitur per desertum Pharan²⁶⁶ et ad vallem quandam inter montes sitam

Seite 39

Harenosam,²⁶⁷ cuius natura talis est, quod ventus spargit harenam de montibus hinc inde positis, quia montes illi toti harenosi sunt. Spargit enim adeo dense, ut etiam iter agentibus illic ire sit periculosum, quia arena ad modum

geladen von [www.bib-arch.org/free-ebooks.asp# jordan](http://www.bib-arch.org/free-ebooks.asp#jordan)). Eine kurzgefasste Geschichte der Nabatäer ist zu finden unter: [http://www.clio.fr/ BIBLIOTHEQUE/les_nabateens_caravaniers_et_batisseurs.asp](http://www.clio.fr/BIBLIOTHEQUE/les_nabateens_caravaniers_et_batisseurs.asp).

²⁶³ LAURENT #458: Hor. Siehe „Geographische Angaben“ sowie <http://www.bibelwissenschaft.de/wibilex/das-bibellexikon> => Hor: Der Ġebel Nebi Hārūn („Berg des Propheten Aaron“) oder nur Ġebel Hārūn („Aaronsberg“ [Gebel Harun]) wird seit antiker Zeit von Juden und Christen als Ort von Aarons Tod gedeutet. Der markante Berg (1336 m) befindet sich 3,7 km südwestlich des Zentrums von Petra. Auf dem Gipfel ist jetzt eine kleine Moschee. Hg.: Es gibt auch andere, weit abgelegene, Ortsbestimmungen für den Berg, nach dem Reiseweg Thietmars ist diese die wahrscheinlichste.

²⁶⁴ LAURENT #462: arabisch „barritun“ heißt Wüste. Hg.: Thietmar ist von Petra aus abgestiegen (*descendi*) in ein Tal (*vallem inter montes*) und am Berg Hor vorbei. Somit dürfte sein weiterer Weg nach Süden durch das Wadi Araba geführt haben, zu dem ein Wadi vom Berg Hor aus führt. Die Stufen (*gradus*) sind nirgendwo anders erwähnt, könnten aber aus nabatäischer Zeit stammen. Auf der Karte im Anhang von E. ROBINSON, *Biblical researches in Palestine, Mount Sinai and Arabia Petræa* 1, 1841 (nach S. 571) ist ein Weg von Petra in das Wadi Araba und in diesem nach Aqaba eingezeichnet. Nach der Ritterschen Karte von 1850 befinden sich etliche Wasserstellen in diesem Wadi, so dass es als Reiseweg geeignet war.

²⁶⁵ Nicht lokalisierbar; mehrfach im Alten Testament erwähnt, wahrscheinlich in der Tiefe der Halbinsel Sinai. Wiki englisch: Nitsanei Sinai, auch Kadesh Barnea genannt, ist ein an der ägyptisch-israelischen Grenze erst 1986 (!) gegründeter Ort.

²⁶⁶ LAURENT #466: Num. X 12ff./XIII 4. 27, Hg.: Nicht zu verwechseln mit der Oase Pharan auf der Sinai-Halbinsel. Nach einer älteren Landkarte mündet von Westen ein Wadi Paran etwa in der Mitte in das Wadi Araba.

²⁶⁷ Wadi Araba.

nivis vel grandinis²⁶⁸ spargitur a vento, replet fossas, obducit vias, involuit transeuntes. Nullus enim invenire posset viam preter Boidevinos, quibus nota est provincia et per viam illam incedere consueverunt.

In valle ista tempore hyemis me iter agente tantus erat estus, ut vix sustinere possem. Nullus enim per eam propter estum nimium potest incedere per estatem.

Iuxta vallem istam a dextris est locus, ubi Dathan et Abiron et Chore contententes contra Aaron de sacerdocio et principatu a terra vivi absorpti sunt. Nam quia dissentionem in populo facere conati sunt, terra conpaginibus ruptis dissiliens seque in sinum largiorem aperiens vivos eos cum suis omnibus profundo ore voravit, quemadmodum sacra Numeri²⁶⁹ depingit historia, quia *dirupta est terra sub pedibus eorum, et aperiens os suum deglutit eos cum tabernaculis suis et uni versa substancia, descenderuntque viventes in infernum, operti humo. Sed et ignis egressus a Domino interfecit.*²⁷⁰ Chore et suos complices.

Item ibi in vicino floruit virga Aaron.²⁷¹ A sinistris vero sunt montes altissimi, montes Ethiope,²⁷² per quos Moyses per compendium duxit exercitum, ibibus et ciconiis antecedentibus et mundantibus viam a vermibus inportunis. Qui Saba, civitatem Ethiope, obsedit et tandem cepit.²⁷³

XVII. Inde veni ad mare rubrum.²⁷⁴ Et est continens pro contento: aqua quidem rubea non est, immo fundus huius maris et terra circumiacens rubea est. Inveni autem in littore huius maris conchas et cocleas mirabiles et delectabiles et lapides similiter pulcherrimos et albissimos ad modum cornuum cervorum et aurei coloris; quosdam eciam quasi sculptos, sed naturaliter, ac si

Seite 40

artificialiter.²⁷⁵ In quibus omnibus quam plurimum delectabar, verum quia nimietas est mater sacietatis, hec omnia, licet delectabilia, quia nimia, fasti-

²⁶⁸ Hagel.

²⁶⁹ LAURENT #470: Numeri XVI 1–5.

²⁷⁰ LAURENT #472: Num. XVI 31–35.

²⁷¹ LAURENT #473: Num. XVII 8.

²⁷² LAURENT #476: gemeint ist Arabien.

²⁷³ LAURENT #475: Jes. XLIII 3. Hg.: Fehlinterpretation dieses Textes durch Thietmar oder Laurent; an der angegebenen Stelle wird Jakob von Gott Ägypten, Äthiopien und Saba (gemeint wohl Arabien) nur zugesagt.

²⁷⁴ Beim jetzigen Aqaba oder Eilat. Siehe „Geographische Angaben“.

²⁷⁵ Thietmar beschreibt hier sehr bildhaft Korallen, die er natürlich nicht kennen konnte.

divi. Hic eciam optimum minium invenitur.²⁷⁶

Super rupem quandam a littore ad dimidium campum in isto mari quoddam castrum²⁷⁷ vidi situm, cuius castellani partim erant Christiani, partim Sarra-
ceni; Christiani quidem captivi Gallici, Anglici, Latini, sed omnes, et isti et illi,
piscatores Soldani de Babilonia, non agriculturam, non bellum, non aliam
miliciam preterquam piscaturam exercentes, nec aliunde viventes. Panem
vero raro habent. Ab omni habitabili plus quam ad quinque dietas sunt
sequestrati.

Hic in loco defecit mihi aqua, quam mecum portaveram in camelis, et inveni
aquam amarissimam, salsam, croceam, plenam vermibus, quam tarnen, licet
invitus, bibi, et statim inde infirmatus fui. Inveni autem alium fontem in vicino
limpidissimum, de quo qui biberit perdit omnes crines.²⁷⁸

Non longe hinc distat India, ubi quiescit sanctus Thomas. Et veniunt fre-
quenter Indi navibus suis per mare rubrum in Babilonem²⁷⁹ vel Egyptum, per
Geon, fluvium paradisi, i. e. Nilum, sua mercimonia transportantes.²⁸⁰

Notandum autem, quod mare rubrum Ethiopiam, Arabiam, Indiam et
Egyptum dividit. Mare rubrum peroptimos habet pisces; quosdam eciam
comedi crudos.

Super ripam huius maris ivi per tres dies, ex una parte habens mare, ex altera
montes altissimos. Quandoque in maximo periculo transivi ruinas moncium et
petrarum, que ex collisione aquarum et procellarum corruerant et semitam
obstruxerant.

Relinquens igitur mare rubrum²⁸¹ ivi inter montana altissima per viam, ubi
solet aqua defluere de montibus, dum pluvia est. Girans montes per varios

²⁷⁶ Nach <http://www.galleries.com/minerals/oxides/minium/minium.htm>: Bleioxyd (Mennige = Pb3O4) oder Quecksilbersulfat (HgSO4) – beide toxisch. Siehe auch übernächste Fußnote.

²⁷⁷ Siehe Anhang „Pharao-Insel“ und „Geographische Angaben“.

²⁷⁸ Blei- oder Quecksilber-Vergiftung?

²⁷⁹ Kairo wird im Mittelalter vielfach als das (neue) Babylon bezeichnet.

²⁸⁰ Hier schimmert die mittelalterliche Vorstellung durch, dass der Nil im Paradies (ostwärts Indien) entspringe und dann unter dem Roten Meer durchfließe, um in Afrika wieder zu entspringen. Beispielsweise heißt es im Text der Ebstorfer Weltkarte: „Im Paradies entspringt eine Quelle, die sich in vier Ströme aufteilt; sie verschwinden innerhalb des Paradieses im Erdreich, doch treten sie weit weg in anderen Erdgegenden wieder an die Oberfläche“ (eigene Übersetzung). Die Ebstorfer Weltkarte ist in hoher Auflösung und erläutert zu finden bei: <http://weblab.uni-lueneburg.de/kulturinformatik/projekte/ebskart/content/start.html>.

²⁸¹ Wahrscheinlich beim heutigen Ort Nuweiba (siehe „Geographische Angaben“); dieser ist an der Küste entlang ca. 80 km von Aqaba entfernt. Das entspricht den von Thietmar angegebenen drei Tagesmärschen. Von dort führt eine heutige Straße, die wohl alten Karawanenwegen folgt, zum Katherinenkloster und weiter über die Oase Faran/Pharan in Richtung Kairo.

circuitus tribus diebus veni ad montem Sinay,²⁸² qui Sarracenicè dicitur Thursin.

Habui autem duos corvos comites per tres dies a mari rubro usque ad montem Seite 41

Sinai,²⁸³ non longius quam ad iactum sagitte sequentes vel precedentes. Observabant autem horam prandii et cene, tamquam eleemosinam expectantes. Et in reditu similiter fecerunt.

XVIII. Notandum autem, quod plurima sunt pericula illius deserti: leones frequentes, quorum vestigia recencia vidi, et vermes nocentes et serpentes. Pluvia quoque, quia, dum pluit, aqua collecta per montes replet desertum tanta inundatione, ut nullus hoc periculum possit declinare. Calor eciam, cuius nimietas cogit homines transeuntes ad defectum. Et aque penuria, que non habetur nisi de quinto die in quintum, vel de sexto in sextum.²⁸⁴ Latrunculi quoque, Arabes agrestes et Boidewini, quorum latrocinia timentur. Estivo tempore nullus hoc desertum transire potest. Pauce eciam aves sunt in eo.

Est autem planicies pulchra et spaciosa ante montem Sinai,²⁸⁵ ubi Moyses pavit gregem soceri sui Ietro, quando vidit rubum ardentem [vel ardere]. Ibi eciam Hebrei pugnant contra Amalech, quando Moyses orabat in monte Sinai, et Aaron et Hur sustentabant brachia eius. Ibi eciam filii Israel vitulum conflatilem²⁸⁶ fecerunt et adoraverunt. Ibi Nadab et Abiu ignis consumpsit.

Est autem in pede montis Sinai, in loco, ubi rubus stabat, quem Moyses ardere putans incombustum obstupuit, pulchra ecclesia²⁸⁷ in honore domine nostre, beate virginis, constructa, extrinsecus polito marmore forrata et plumbo tecta, intrinsecus continens plurimas lampades. Ecclesia ista habet episcopum et monachos, viros religiosos, Grecos et Surianos, quibus preest episcopus in temporalibus et spiritualibus.

Notandum autem, quod hii omnes habent unam curiam, unam tantum portam firmam et ferream habentem. Muro forti et alto cincta est. Omnes quidem

²⁸² Siehe „Geographische Angaben“.

²⁸³ Eine kurze Geschichte des Gebietes Sinai im Mittelalter ist zu finden unter: http://www.clio.fr/BIBLIOTHEQUE/le_sinai_medieval_entre_christianisme_et_islam.asp.

²⁸⁴ Etwas übertrieben, denn von Aqaba/Eilat bis Nuweiba, wo es eine Wasserstelle gab, brauchte Thietmar drei Tage, und weitere drei Tage von dort bis zum Katharinenkloster.

²⁸⁵ Wiki: Sinai (Berg): Die Zuordnung des Namens *mons Sinai* zu dem Berg, auf dem Moses die Zehn Gebote empfangen haben soll, ist nicht gesichert. Ab dem 4. Jahrhundert wurde dieser mit dem Dschebel Musa (Mosesberg), der zweithöchsten Erhebung der Sinaihalbinsel in der Nähe des Katherinenklosters gleichgesetzt.

²⁸⁶ LAURENT #494: Aus Erz gegossen.

²⁸⁷ Katherinenkloster. Siehe „Geographische Angaben“ sowie Anhang „Katherinenkloster und Mosesberg“.

capit una et eadem curia, sed habitacula habent subdivisa, ita quod duo, scilicet unus senex et alter iuuenis; commaneant, ut senem possit iuuenis sublevare. Singula habent cubicula, altaria singula, oratoria singula, sed communem habent ecclesiam magnam et principalem, ad

Seite 42

quam noctibus ad mattutinas dato signo, quia campanas non habent,²⁸⁸ omnes simul conveniunt. Sollempnius enim multo agunt nocturnum officium quam diurnum.

Unum omnes et commune habent refectorium magnum et pulchrum, unam tantum mensam longam, in medio refectorio positam, ad quam sedet episcopus eorum in fine, et in circuitu reliqui, bini et bini, sine mensali, super nudam mensam comedentes. Alternis vero diebus comedunt in refectorio et festivis, aliis diebus in domiciliis eorum panem et aquam. In refectorio eorum cum ipsis comedi. Sine lectione comedunt, disciplinate tamen.

Aquam semper bibunt, preterquam in paucis sollempnitatibus, quibus utuntur modico vino. Pisces habent bonos et satis de mari rubro, panem competentem, rapas²⁸⁹ et olei satis et dactilos. Numquam utuntur carnibus; misere induuntur, misere cubant et quasi super nudam terram, sine plumis et sine stramento. Pleraque, que habent, apportantur eis de Babilonia.

Est etiam in capitello eiusdem monasterii locus, ubi rubus stabat, ab omnibus tam Sarracenis quam Christianis veneratus, honorifice preparatus, in ipso monasterio subdivisus. Hunc nullus nec episcopus nec monachus, nec Christianus nec Sarracenus ingredi audet nisi discalciatus. Ipse etiam Magnus Soldanus, rex Babilonie, tunc temporis estiterat ibi, et reverens locum illum humiliter et nudis pedibus introivit. Ubi ego etiam discalciatus adoravi.

Rubus quidem sublatus est et inter Christianos pro reliquiis distractus, ad instar autem illius rubi factus est aureus rubus ex laminis aureis, et ymago Domini aurea super rubum, et ymago Moysi aurea stans ad dexteram rubi, discalcians se. Stat et alia ymago Moysi aurea in sinistra parte rubi tamquam discalciata et nudis pedibus. Ubi Dominus dedit ei legationem ad Pharaonem, regem Egypti de educendo populo suo. In quo loco adhuc effodiuntur lapides habentes in se tamquam pictam similitudinem rubi, qui valent contra diversas infirmitates.

²⁸⁸ Noch heute wird zu den meisten Gottesdiensten mit einem Schlagbrett (Wikipedia: Hillebille) gerufen.

²⁸⁹ Was Thietmar mit diesem Ausdruck meint ist unklar; *rapulum* wäre eine kleine Rübe.

XIX. Notandum eciam, quod in eadem ecclesia iuxta chorum in eminenti versus meridiem tumba beate Katerine est locata.²⁹⁰ Tumba quidem brevis est et

Seite 43

de marmore albissimo nobiliter preparata. Cuius cooperculum²⁹¹ elevatum est quemadmodum archa, et aperitur et clauditur.

Cum episcopus loci illius intelligeret desiderium meum et causam adventus mei, preparatus cum devotione et orationibus et cantu accensis luminaribus et thuribulis accessit ad sarcophagum beate Katerine virginis, et aperuit, et mihi introspicere precepit. Et vidi perspicue facie ad faciem sine ambiguo corpus beate Katerine, et capud eius nudum deosculabar. Membra quidem et ossa nervis coherencia adhuc in ipso oleo natant, quia ipsum oleum de singulis resudat articulis, non de tumba; tamquam de corpore humano in balneo sudor de poris guttatim erumpit.

Notandum, quod, sicut narrat passio eiusdem virginis, corpus eius a sanctis angelis statim post martirium in supercilium eiusdem Sinai²⁹² est translatum et collatum. Cum autem quererem de translatione de monte in predictam ecclesiam, dixit mihi ductor meus, qui me duxit super ipsum montem, quod quidam heremita, sedens solitarius in eadem parte montis Sinai, in alio colle ab illo, ubi corpus sancte virginis Katerine ab angelis collatum est, vidit frequenter tam die quam nocte ignem et multam luminis claritatem in loco et circa locum, ubi sanctum corpus erat.

Ammirans igitur, quidnam esset, et ignorans, descendit ad ecclesiam in pede montis sitam, et episcopo loci illius et monachis visiones, quas frequenter vidit, et locum, ubi viderat, indicavit. Qui indicto ieiunio et conpleto in processione humiliter et suppliciter montem heremita indice conscenderunt. Quo cum pervenissent, corpus quidem invenerunt, sed cuius, vel unde ablatum, vel quare vel quando vel quomodo ibi depositum sit vehementer ammirantes, quia penitus ignorabant. Cum autem universi sic starent ammirantes et ignorantes, affuit quidam heremita etatis mature, persona venerabilis, de Alexandria, quemadmodum Abacuc propheta ad Danielelem in lacum leonum etsi non per capillos, huc ad montem Sinai Dei gracia et miraculose transmissus. Qui dubios certificavit, et hoc esse corpus beate Katerine clara

²⁹⁰ Zur Geschichte des Kultes der hl. Katharina von Alexandrien: PETER SCHILL, Ikonographie und Kult der hl. Katherina von Alexandrien im Mittelalter, Diss. München 2005, S. 11–82 (edoc.ub.uni-muenchen.de/4091/1/Schill_Peter.pdf).

²⁹¹ Deckel.

²⁹² Auf den heutigen Dschebel Katrina, siehe „Geographische Angaben“.

Seite 44

voce edocuit, et per manus sanctorum angelorum illuc locatum. Ad cuius etiam persuasionem viri venerabiles et devoti, episcopus et eius monachi, iam dictum corpus in suam transtulerunt ecclesiam, quia locus, in quem ab angelis corpus positum fuerat, erat quasi inaccessibilis et propter aque caristiam inhabitabilis. Est autem sanctum corpus locatum super chorum versus meridiem.

Tumba quidem brevis est, quia ipsum corpus admodum parvum est. Ubi per Dei gratiam et merita sancte Katerine magna et innumera contingunt miracula. Tunc autem in continenti, cum ego essem ibi, contigit illic hoc insigne miraculum. Quidam monachus illius claustrum, ad opus conventus in camelis adducens oleum, fecit iter per desertum, et incidit in latrones, qui unum camelorum cum integra sarcina depredati sunt. Cum autem a monacho per aliquod spacium cum camelo elongati essent, solverunt utrem, ut partem olei ad opus comedendi acciperent.

Et ecce! sanguis purissimus pro oleo emanavit. Quo conspecto predones utrem religantes predam et camelum festinanter ad monachum reducerunt, rogantes, ut ipsis daret olei aliquam portionem. Monachus annuens solvit utrem, quem et illi solverant, de quo sanguinem ante effuderant, et ecce! oleum verissimum et purissimum per manus monachi vice sanguinis, quem antea veraciter de eodem utre emiserant, acceperunt, et ipsi stupidi recesserunt et confusi.

XX. Quidam nobilis de Petra vel Scobach, (de quo loco supra habitum est,) suggestionem cuiusdam monachi cupiens corpus beate Katerine alias transferre, preparatas ad auferendum fere usque ad eandem ecclesiam cum

Seite 45

multo pervenerat comitatu; sed manu Dei mirabiliter et ad se misericorditer est reperiens. Turbo enim validus et tenebrosus, ne opus perficeret tenebrarum, quod ceperat, ipsum tenebris palpabilibus occupavit tam mente quam corpore, et involuit.

Terre motus etiam adeo magnus factus est, ut montes ruerent, ipsum auctorem sceleris fere trahentes in periculum et ruinam. Ruine autem montium et petrarum adhuc manifeste sunt usque in hodiernum diem. Ibi claruit, cuius meriti beata virgo Katerina, martir eximia, apud suum sit creatorem. Ipse vero male suasus predo confusus et amens gressu titubante ad ecclesiam vix pervenit. Ubi dum se recepisset in mentem, plurimum ipsum (nec mirum!) penituit peccati, piguit presumptionis fatue, Deum omnipotentem horrens et

reverens vindicem ac defensorem.

Ad antidotum igitur reconciliationis causa tam Dei quam sue virginis ac matris ad honorem Dei et sancte Katerine eidem ecclesie larga contulit predia, quibus adhuc ipsi monachi ibi deservientes libere perfruuntur.

XXI. Quidam claustrensis sancte Katerine dum de quadam civitate deberet ducere pannos fratribus ad induendum, quidam Sarraceni latrones ipsum insequentes pannos abstulerunt. Quibus ablatis claustrensis rediit ad iudicem civitatis, significans ei quod acciderat. Latrones vero, mentali cecitate percussi et acrisia, effugere non potuerunt, usque in propria persona pannos iudici retulerunt.

Cum apud predictos monachos per tres dies mansissem, (feci enim quatuor dies apud ipsos) rogavi episcopum, ut daret mihi ductorem, qui me duceret in summitatem montis Sinai, ubi Moyses accepit legem a Domino. Ivi ergo cum ductore ab ipso episcopo mihi concesso, et ascendi in montem.

Mons iste altus est valde, et excellit omnes montes illius provincie.²⁹³ Adhuc dicunt Dominum habitare in eo. Semita autem, per quam ascenditur, per gradus facta est, arta quidem et adeo preceps, ut si non per gradus ibi ab heremitis et aliis sanctis viris laboriose extractos quispiam [quisquam?] ascendere non

Seite 46

posset. Sepe enim isti gradus per scopulos et in altum supra modum hinc inde distantes ad similitudinem turrium altissimarum non sine labore excisi sunt.

XXII. Ascendi autem per gradus istos ad summitatem montis Sinai. Cum autem ascendissem ad terciam partem montis, inveni capellulam minutissimam, ubi beata virgo Maria visibiliter apparuit claustralibus infra montem positis; hoc modo: Jam sepe dicti monachi mirabili plaga permissione Dei, ut eius eo amplius palam fieret bonitas et potentia, sunt percussi. Quodam enim tempore pulices tales; ac tante in illo loco succreverant, ut nullus posset ibi permanere. Communi igitur consilio et voluntate universitas claustralium parabat abire et pulices et plagam intollerabilem declinare.

Est autem consuetudo eorum, ut, cum locum necessitate aliqua cogente mutare disponunt, monasterio suo et curia clausis et clavibus firmiter seratis claves ipsas in summitate montis Sinai in monasterio Moysi reponunt et abscedunt. Juxta quam consuetudinem propter instantem necessitatem monasterio clauso et curia claves in predicto monasterio, ut abirent, reponere

²⁹³ Der dicht daneben liegende Dschebel Katrina ist fast 200 m höher.

festinabant. Cum vero ad terciam partem montis pervenissent, ubi capella constructa est, ibi apparuit eis beata virgo Maria corporaliter, querens, quo iter pararent et accepta causa itineris dixit eis: *Redite! plaga enim sublata est, non amplius reditura.* Illi ergo redierunt, nec pulex amplius comparuit in illo loco.

XXIII. Quodam tempore cum oleum non haberent ad illuminationem monasterii vel alia lumiari, iterum abscedere propositum. Moris enim Grecorum est, ut in ecclesiis suis plurima habeant luminaria, immo infinita, quia videtur, quod sine multis luminaribus Deo digne non valeant deservire. Cum igitur luminaria sua deficere viderunt, discedere proponebant; et dum eodem modo, quo prius, ad locum, ubi dominam nostram facie au faciem viderant et audierant, pervenissent, domina nostra, beata virgo Maria iterato corporaliter eis est conspecta.

Que dum inteliexisset causam discessus eorum, dixit eis: *Redite, quia ydriam, in qua oleum deponere consuevistis, invenetis oleo indeficiente repletam. Numquam enim oleum ab illa ydria videbitis defecisse.* Redierunt ergo et iuxta Seite 47

verbum domine nostre ydriam oleo fecundam iugiter invenerunt. Hanc igitur ydriam vidi, et de eius oleo habui, et in magna veneratione habetur.

Cum igitur domina nostra semel et iterum ibi predictis monachis apparuisset, in honore eius capellam construxerunt.

Hinc ascendi per gradus sepeditos, et transivi per duas portas lapideas, et veni ad capellam Helye²⁹⁴ prophete et ad locum, qui dicitur Oreb, ubi Helyas ieiunavit XL diebus et ubi stetit in foramine petre ad videndum Dominum, et vidit ventum transeuntem, qui confregit montes et petras, et non in eo Dominus; et post spacium commotionis terremotus, et non in eo Dominus; post ignem, et non in igne Dominus. Post venit sibilus aure tenuis, et ibi Dominus, et tunc loquebatur cum eo.

Ab illo loco ascendi usque ad verticem montis Sinai, ubi constructa est ecclesia Moysi. Ubi legem dedit ei Dominus, et commisit ei de tabernaculo faciendo et archa; et ibi ieiunavit, et eciam loquebatur cum Domino sicut amicus cum amico.

In foribus illius ecclesie lapis est et caverna petre, ubi Moyses abscondit se, quando volebat Dominum videre, dicens: *Ostende mihi faciem tuam.*²⁹⁵ Dominus autem: *Ego ostendam tibi omne bonum, faciem autem meam non poteris*

²⁹⁴ LAURENT #531: Eliae; III Reg. 19, 8.9.11.

²⁹⁵ LAURENT #532: Exod. XXXIII 13.

*videre, sed sta in foramine petre, et cum pertransiero, videbis posteriora mea.*²⁹⁶ Moyses autem stans iuxta petram, quando Dominus per-transiuit, resoluta est petra velut cera, que ad ignem malaxata est.²⁹⁷ Ex timore autem, quem contraxit Moyses a gloria Domini, quam vidit, inpressit se petre, in qua adhuc vestigia lineamentorum eius inpressa vidi. Petra autem durissima est et nullo ferro secari potest.

A cacumine huius montis vidi totam provinciam late in circuitu. Et ostendit mihi ductor meus de eodem loco Helym²⁹⁸, ubi sunt XII fontes et LXX palme, et locum illum, ubi primo usi sunt manna filii Israel. Numquam dicunt ibi pluere, sed locum illum irrigari tali rore. Et sciendum, quod, cum essem ibi, modica pluvia descendit, cum ibi quinque annis ante non pluisset. Notandum tamen, quod iste mons in maiori parte dicitur Sinai: in aliqua tamen parte

Seite 48

contra Egyptum dicitur Oreb,²⁹⁹ ubi Moyses virga percussit petram Oreb, et dedit aquam toti multitudini filiorum Israel, et dixit mihi episcopus, quod filii Israel partem illius lapidis secum deportaverunt usque ad aquas contradictionis, et pars pro toto eis aquam ministravit habundanter. Vidi eciam locum, ubi positum fuerat corpus sancte Katerine ab angelis.³⁰⁰

XXIV. Notandum eciam,³⁰¹ quod mare rubrum est iuxta montem Sinai versus meridiem, et protenditur usque ad Babilonem, et ibi habet finem, ita quod distat mare rubrum a mediterraneo mari ad V dietas. Protenditur tamen unum brachium ab uno mari ad modum parvi fluminis. Per medium autem huius fluminis ab oriente transit Geon, fluvius paradisi, qui est Nilus, et descendit per Egyptum iuxta muros Babilonis, et preterfluens Damiatam civitatem in Alexandria decurrit in mediterraneum mare.

Fluvius iste Nilus exuberationes facit in tempore mensis Julii per XL dies, et totidem diebus refluit. Quibus deducunt Egyptii aquas Nili per alveos et meatus terraneos per agros suos. In refluxione autem agricole statim mittunt semina in limum adhuc recentem de aqua. Que semina vix obducta limo intra unam noctem crescunt in herbam ad longitudinem digiti. Habent autem

²⁹⁶ LAURENT #533: Exod. XXXIII 19–23.

²⁹⁷ Malagma (griech.) ist ein erweichendes Pflaster; *malaxare* dürfte demnach erweichen bedeuten.

²⁹⁸ LAURENT #535: Elim; Num. XXXIII.

²⁹⁹ Wiki: Horeb.

³⁰⁰ Dschabal Katrina; siehe „Geographische Angaben“.

³⁰¹ Die geographischen Angaben in diesem Kapitel dürfte Thietmar aus anderen Werken geschöpft haben, da er dieses Gebiet nicht selber besucht hat; eine direkte Vorlage war in der Vielzahl der Pilgerberichte bei SANDOLI nicht zu finden.

Egyptii in porta civitatis Babilonie quoddam signum; in quo preconsiderant vel fertilitatem vel caristiam futuri tempons; hoc modo: si aqua Nili inundantis tangit signum; bonum tempus erit et fertile; si excedit, sequitur maxima copia frugum; si infra signum manserit, caristia erit.³⁰²

Sciendum eciam quod Egyptus continet tres civitates principales: Babilonem, Alexandriam, Damiatam. Babilon non est firma, nec habet murum, sed est supra modum dives. Ab ista distat antiqua Babilonia ad XX dietas et amplias; relique due munit.

Egyptus quidem terra plana est et fertilis valde, raro habens pluviam. Toto anno omni mense preter Augustum crescunt ibi rose. Oves et capre bis in anno faciunt ibi fetum. Multi autem Christiani sunt in Egypto et plurime ecclesie Christianorum, qui unum habent patriarcham in Alexandria.

Seite 49

Est eciam quedam terra ultra Egyptum, cuius incole vocantur Issini.³⁰³ Que tota christiana est. Et habent singuli homines provincie illius crucem in frontibus, quia, cum parvi sunt, cauteriantur³⁰⁴ in frontibus suis signum crucis. Qui frequenter inpugnant Egyptios sarracenos. Horum fides est, quod in brevi in tanta multitudine debeant venire in Babilonem, ut singuli singulos lapides tollant, et non remaneat in Babilone lapis.

Inter istam provinciam Christianorum et Egyptum est civitas quedam, que dicitur Mec, in qua est tumba Maumet,³⁰⁵ prophete Sarracenorum, ad quam peregre proficiscuntur de diversis partibus et longinquis regionibus peregrini sarraceni, et tam celebriter, ut ad sanctum sepulchrum Domini peregrinantur Christiani. Sed nec dives nec pauper admittitur, nisi det aureum denarium. Ibi plus effectus placet, quam affectus; plus aurum requiritur, quam cor contritum.

Tumba illa Maumet non pendet in aere, ut quidam asserunt, immo super terram est.³⁰⁶ Et non habetur ibi amplius de corpore suo nisi dexter pes, quia

³⁰² Eines der „Nilometer“.

³⁰³ LAURENT #540: Abessinier. Hg.: Es handelt sich nicht um die namensähnliche antike jüdische Gruppe der Essener.

³⁰⁴ Einbrennen, eventuell auch Tätowieren.

³⁰⁵ Zur Entwicklung der Kenntnisse über den Islam im Mittelalter: RICHARD W. SOUTHERN, Das Islambild des Mittelalters, 1981 – zum 12./13. Jahrhundert insbesondere S. 25–33.

³⁰⁶ Die Geschichte vom schwebenden Sarg Mohammeds findet sich in: Waltherius seu Galterius – Gautier de Compiègne (1137–1155), Otia de Mahomete – Carmen de Mahomete, im Web zu finden unter: http://hipatia.uab.cat/islamolatina/pub/text.asp?pub_id=22 sowie bei Embricho von Mainz; siehe folgende Fußnote.

reliquum corpus eius totum a porcis Christianorum devoratum est.³⁰⁷ De cuius vita plurimas turfas³⁰⁸ audivi.

XXV. Maumet erat custos camelorum, pauper et epilepticus de genere Boide-
winorum. Hic ab amaro heretico et heremita tam corporalibus et carnalibus
quam spiritualibus corruptus est nequiciis et instructus adeo, ut per nigro-
mantiā potentissimus esset.³⁰⁹ Cuius doctrina, cum adhuc viveret, talis erat.³¹⁰
Predicavit terrestrem esse paradysum, habentem quatuor flumina, vino, melle,
lacte, aqua manantia. Predicavit et omnes Sarracenos in bello Christianorum
occisos in predicta recipi paradiso, et ibi carnaliter ad libitum pluribus uti
virginibus, quia ibi carnalem paradysum cibi et potus et cuiuscumque ob-lecta-
minis carnalis et luxus esse perhibebat, et mixturam multorum bonorum
futuram et affluentem voluptatem, et alia multa similia hiis plena stulticiis
predicabat. Conpati sibi invicem et auxiliari patienti docebat.

Seite 50

Notandum eciam, quod cuilibet Sarraceno licebit ducere septem uxores
legitimas, et necessariis expensis ipsis tenebitur providere. Cum ancillis suis
sive cum sclavis, eciam si mille essent, libere potent peccare, et non habet inde
peccatum. Quemcumque autem filiorum suorum sive de ancilla, sive de legi-
tima, heredem suum constituere potent. De ancillis vero sive sclavis paga-
norum si aliqua filium procreaverit, libera erit a dominio domini sui. Audivi,
quod aliqui sunt Sarraceni, quamvis pauci, qui solam tantum habent uxorem.

XXVI. Sciendum eciam, quod Sarraceni circumciduntur et circumcisiones
suas in maxima sollempnitate vel leticia agunt. Vidi eciam, quod incesserunt
armati in multa pompa et equis falleratis, ornati purpura et cyndaro,³¹¹ tam-

³⁰⁷ Bezieht sich wahrscheinlich auf das Schmähdichtung Embrichos von Mainz, Carmen de fraudibus Mahumetis. Historia de Mahumete. Vita Mahumeti. 1364 A und D. Heruntergeladen von: hipatia.uab.cat/islamolatina/pub/text.asp?pub_id=21.

³⁰⁸ LAURENT #543: müsste *trufas* heißen = Anekdote, Witz. Hg.: Hier wohl eher als Unsinn zu verstehen.

³⁰⁹ Dass Mohammed von Ketzern oder gar Zauberern zu seiner Lehre verführt worden sei, ist wahrscheinlich auf das bereits oben zitierte Schmähdichtung Embrichos von Mainz, Carmen de fraudibus Mahumetis. Historia de Mahumete. Vita Mahumeti. zurückzuführen. Zur Bewertung dieses Werkes: JOHN TOLAN, Anti-Hagiography: Embrico of Mainz's Vita Mahumeti, in: Journal of Medieval History 22,1 (1996) S. 25–41.

³¹⁰ ANNA-DOROTHEE VON DEN BRINCKEN, Die „nationes christianorum orientaliū“ im Verständnis der lateinischen Historiographie, 1973 bewertet Thietmars Darstellung des Islam als „ohne viel Verständnis, aber ohne Gehässigkeit abgefaßt“.

